



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 7. In Burgundiâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

*In Campania.*

IN Ecclesia S. Remigij, Remis, Rhoms, puluis è Sancti sepulchro lectus serpentes fugat. Imò obseruatur in cœmeteriis omnium Basilicarum quas huic Sancto Christiana pietas consecravit, nullum reperiri colubrum, & eò importatum emori. *Floudoardus lib. i. Histor. Remensis.*

In campis Catalaunicis fluuiolus est Vidula dictus: Is in pugna contra Attilam ita sanguine creuit, ut cadauera in proximum fluuium deferret. *Paulus Diaconus.*

Ad Abbatiam Sustullam anno Christi 1118. fluuius Matrona in aëre visus est suspensus eius alueo propè exsiccato. *Sigebertus in Chronico.*

*In Burgundia.*

HEDVI vberes suos agros calce reddere solent: certè constat oleis calcem utilissimam esse. Ratio, quia eorum regio humidior, ita calx humorem nimium exedit. *Plinius lib. 17. cap. 8.*

Auallonis *Auallon*, munitissimi castelli mœnia nullis machinis poterant labefactari. Robertus Rex cùm frustra locum per tres menses tentasset, sub pellibus hymnum cecinit, eo canente, muri sponte corruerunt. *Historia Francica.*

Ad urbem Senonensem prope lacum fons fluit, cuius aquæ durescunt in lapides. *Andreas du Cheyne.*

Ad urbem Augustodunum *Autun*, ex aëre frustum glaciei decidit 15. pedibus longum, 7. latum, duobus spissum. *Historia Francica.*

In fonte B. Reginæ *s. Reine*, in Burgundia quicumque olim lauabantur ab omnibus languoribus curabatur, perdurat miraculum, sed rariùs contingit, multi accedunt, aliquot tantum sanantur. *Papyrus Massonus.* Plerique tamen hoe tribuunt natuæ vi huius aquæ, quæ etiam hodie ad vlcera curanda plurimum valet.

In Bressia *la Bresse*, in piscinis herba nascitur usque adeo à bobus expedita, ut immisis in aquam capitibus ad suffocationem usque eam perscrutentur. *Dalencampius in cap. 22. lib. 8. Plinius.*

*In Agro Lugdunensi.*

IN territorio Lugdunensi olim oppidum Taurodunum in mon-

te